00027

Astra quidem faustis animos & multa addunt
Corda maritalis flammas addentia lecto.
Sed Deus æterno qui condidit omnia verbo
Inque Paradysi divinis floribus hortis
Dilectam thalami sociam coniunxit Adamo,
Ille novis vivos Sponsis Deus afflat amores,
Ille suo facit ut placeat nova Nupta marito,
Atque virum contra castissima diligit uxor.
Hic quoque Sponse tibi nexum CHRISTIANE perennem
Corporis eximijs præstantem dotibus atque
Moribus virgineam vivâ iam voce Sacerdos
Iungit, in illius nunc nimmoraris amore,
Hæc solamen erit cunctorum dulce laborum.
Plaudite nunc Sponso Iuvenesque virginique puellæ
Quisquis adest, tædas attollat hasce iugales
Laude, thori referens connubii commoda mille.
Nunc hodierna dies choreas & grata requirit

Gaudia